184

gorię; habent enī· & inluctu tubas. & iuxta ppheciam.
uox sollemnitatis uersa ē inplanctum; ululant sup̄
cineres scū artu. & sup̄ ecclare destructū. & sup̄ ciuitates
quondā munitas. & sup̄ excelsos angulos templi.
de quibus quondam iacobum fratrem dn̄i p̄cipitaue
rant; Hęc de captiuitate dicta sint iudeorum; ceterū si diem dn̄i
uel supra referamus ad consummationē mundi. siue ad
uniuscuiusq; exitum uitę. manifesta erit interp̄ta
tio. quod uox dieí dn̄i amara sit. & necessitate plena &
ira. & tribuletur ibi fortis; Cū etiam qui sci sunt saluen
tur quidem. sed tamē sic quasi p̄ ignem; Dies illa dies tribu
lationis & angustię. & calamitatis. & miserię; In qua
dicent: uę nobis quia miseri facti sumus; dies tenebra
rum; omnis enī qui male operatur odit lumen. & non ue
nit ad lucem; & necesse ē ut qui lumen oderit. eum
tenebrę consequantur; Dies erit nebulę & turbinis;
Ueniet enī sup̄ eū tempestas dn̄i. & clangor tubę;
quā apostolus significat dicens. In nouissima tuba;
Erit autē dies tubę & clamoris sup̄ ciuitates munitas.
quas sibi multitudine peccatorū cū cain ędificaue
rant. & sup̄ angulos excelsos. opera p̄uersa & a rec
ta uia dn̄i declinantia; Unde & a saluatore argu
untur ΥΠΟΚΡΙΤΑΙ. farisei. q̄ stā adorent in angu
lis platearum; Uia enī recta & tendens ad para

ipocrytai